

Folium lxxi.

tū pro reliquo ¶ Quinqz status fuerunt primi hominis. et de quolibz
 statu accepit cristus aliquid. Primus status fuit innocentie de quo ac
 cepit immunitatem peccati. Secundus fuit gratie de quo accepit ple
 nitudinem gratie. Tercius fuit culpe de quo accepit recompensationē
 pene. Quartus fuit penitentie. de quo accepit propassionem doloris.
 et tristitie. Quintus fuit glorie. de quo accepit plenam fruitionem. Cor
 pus xpi sū Johā. Damasco. fuit formatum ex sanguine beate virgil
 non ex carne. Nam vere matris est sū Philosophos tantummodo ma
 teriam ministrare. sed dare virtutem formatiuam que actuē materiā
 formet est patris et non matris. Cum igitur beata virgo proprietates
 matris vere habeat. oportet q̄ materiam contulerit que sū naturam
 sit materia conueniens humani corporis. Et tamen integritatem virgi
 nalem non polluat. Talis autem materia non est caro. Quia dicit Phi
 losophus q̄ id quod est actu pars non est materia generationis. cum
 non sit potentia totius. Caro autem est actu pars unde nō est materia
 generationis. Talis quoqz materia non fuit semen femineum. q̄ hoc
 puritati virginis non conueniebat. Nec etiam sū Philosophum est
 necessarium ad generationem. Quia mulieres alique concipiunt sine
 seminatione. Talis ergo materia fuit sanguis. Quia ille sū Phm ē
 in nobis etiam materia generationis. Quod autem dicit Ap̄s ad Ro
 manos. Qui factus est ei ex semine David. intelligendum est originatē
 non materialiter. Virtus autem formatiua in beata virgine non fuit
 ex patre carnali sed ex virtute altissimi

Utilitas incarnationis xpi. Capiculum viij.

A Misimus per peccatum propriam excellentiam. atqz mentis
 innocentiam. ac dei amicitiam. Hec autem recuperari oportet
 tuit per beneficium saluatoris. Excellentiam enim recuperare non pos
 tuimus nisi per recuperatorem excellentissimum. Quia si per meram cre
 aturam reparati essemus tūc oporteret nos esse subiectos illi creature
 Innocentia quoqz reacquiri non poterat nisi per satisfactorem suffici
 entissimum. qui videlicet deus esset et homo. Deus quidem quia pro
 omnibus satisfacere posset. Homo vero de genere Adam qui peccare
 rat. Ille nanqz congrue satisfecit qui potest et debet. sed non potest nisi deus. nō
 debet nisi hō Amicitie sū reformari nō poterat nisi p̄ mediatorē due
 mentissimū qui scz vtriqz parti conformis esset. et vtriqz parti amicus. Hoc
 autē duem̄ xpo qui est deo similis per deitatem. et homini per humani
 tate. Venit in incarnacōe tanq̄ dñs ad seruos vt eos corrigeret. tanq̄
 medic⁹ ad egrotos vt eos sanaret. tanq̄ mgr̄ ad discipulos vt eos instru
 eret. Per primū ostendit deus potentiam. p̄ secundū sapiam. per terciū
 bonitatem Quatuor fruct⁹ diuine incarnationis assignat Bernard⁹
 Manna de celo descendit gaudeant esurientes. De vinea celi botrus